

IV. Ea enim satis sunt discriminata per sacras literas & sanam rationem, qua de re suo loco dicemus. Cumque præterea ex errore isto tot absurdia oriuntur, veritatis criteria subruantur, voluntati perceptio tribuatur, merito suas sibi res habere jubemus eos, qui ita sentiunt. Nati sunt ceterum ex errore hactenus refutato alii, ille præsertim, *solanum nos voluntatem in errorem injicere*, qui semper placuit Cartesianis, & a Malebranchio est defensus, nec non ab E. Saurino *L. de Jur. Conscient. P. IV. Sect. I.* nec non alter ille, *fidem in solidum ad voluntatem pertinere*, quem Thomasius & Norrissius *l. c. p. 95.* propugnarunt, quemque Spinozæ ad palatum fuisse, ejus scripta eloquuntur. *Vid. Relat. Theol. Antiquo-novæ A. 1703. pag. 668.*

## PRÆNOTIO III.

**P**roxime hinc subnascitur error iste, hæresin esse in sola voluntate, cui opposita sit Prænotio, *errorem & hæresin sedem obtinere in intellectu, operari etiam in voluntate.* Prius vero istud multo Indifferentistarum studio est propugnatum, potissimum ab Acontio, C. Thomasio, *in Prefat. ad Poiret. in Confessione, &c. & Auctore Tractatus, Anmerckungen über die Streitigkeiten wegen Arnolds Kætzer-Historie, cap. II. pag. 352. 354.* Atque hi, præterquam, quod ad præjudicium hactenus refutatum recurrunt, ob-

jici-